



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 53. Bellum Gallo-Bavaris infaustum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

sponso hunc Innocentii assensum infi- Sæc. XVII.  
 ciabatur: Ceterum validius Pontificia A. C. 1704.  
 mediatione erat Cæsaris auxilium; ad-  
 ductis enim a Starenbergio viginti Cæ-  
 fareorum millibus Victor Amadæus  
 plura in Pedemontio loca a Gallis sibi  
 erepta recuperavit, quæ postea tamen  
 novercante fortuna rursus amisit.

### §. LIII.

#### *Bellum Gallo - Bavaris infaustum.*

Interea Herbersteinus cum cæfareis Hist. du Princ. Eu-  
 copiis in Ferrarensi agro castra me-  
 tabatur, vehementer, incassum tamen gen. l. 5.  
 reclamante Astallio Pontificio Guber- pag. 151.  
 natore: postquam vero Lambergius Span. Suc-  
 Cæsaris Orator perscriperat, Cardina cess. Krieg pag. 700.  
 lem Spadam nomine Pontificis renun- Lettr. Hist.  
 tiasse, Gallos, si violata fide Padum Juin. 1704.  
 occuparint, diro anathemate percus-  
 sum iri, Leiningius, qui Herbersteinio  
 succeſſerat, hoc promisso tutus Padum,  
 Ferrarensimque agrum deseruit: mox  
 vero Galli noctu Padum transiere, mul-  
 tasque urbes occuparunt, quin e Va-  
 ticanō fulmina detonarent, quapropter  
 Pontifex collusionis suspicionem decli-  
 nare haud poterat, Galli vero Miran-  
 dulam, Vercellas, Inueram, Verucas, Su-  
 fam & Augustam in Pedemontio occu-  
 parunt. His in Italia gestis Galli re-

N 2 cupe-

Sæc. XVII. cuperata Landavia, Electori Bavariæ A.C. 1704. suppetias ferre festinabant, eapropter die decima quinta Maij trajecto Rhinœ viæ Rheno in Sueviam eluctati, Tallardo & Marcino Ductoribus, Dutlinga sese Bavaris junxere: Eugenius vero Princeps nuper ex Hungaria reversus Annam Angliæ Reginam eo induxit, ut Marleburgo Duci negotium daret, quatenus cum quadraginta Anglorum Batavorumque millibus sese Ludovicus Badensi Cæsarei exercitus Duci jungere. Hic ergo Heilbruna, ubi castra metabatur, relicta, Litzhusii sese Cæfareis conjunxit, Bavariæ Electorem priusquam Tallardus accederet, oppressurus. Eo consilio ad Brenzam fluvium castra figere constituit: ne seignior Bavariæ Elector compluribus inclytus secundis præliis, ad pristina sua castra Dilingam inter & Lauingam reversus, Comiti de Arco præcepit, in adjacentem Donawerthanæ Urbi montem Schellenberg festinato opere communiret. Exploraverat Marleburgus, aggerem ea ex parte, quæ oppidum respicit, humiliorem, imperfectumque esse: illuc ergo omnem vim convertemandam ratus, die secunda Julii, Cæsareos & Anglo-Batavos in aciem duxit, & duodecim Bavarorum milia altera ante solis occasum hora aggressus.

gressus est: mox Angli fossa arbustis <sup>Sæc. XVII.</sup>  
 repleta, incredibili mortis contemptu <sup>A.C. 1704.</sup>  
 inter densissimas globorum procellas,  
 in jugum enituntur & quamvis iterato  
 a Bavara virtute repulsi essent, resum-  
 ptis tamen animis denuo incurvant, &  
 accedente Badensi Duce omni ex parte  
 impressionem faciunt; prior Wirtenber-  
 gius Dux cum Equitatu suo in intima  
 munimenti irrumpit, & in Gallo-Ba-  
 varorum terga incurrens, totam aciem  
 immutat; unde hi, cum antea aperto  
 pectore hostem repellerent, jam a fronte  
 & a tergo invasi, metuque dissipati,  
 qua cuique patebat ad fugam via, pe-  
 rumpunt, alii ac præcipue Listenenses  
 Equites gladiis sibi viam aperientes,  
 haud sane fugientibus similes evadunt,  
 ceteri aut capti aut cæsi, non pauci  
 Donawertham profugi, cum Guberna-  
 tor fores aperire cunctaretur, a Mercyo  
 & Cusano, qui fugientibus instabant,  
 interfici, alii Danubii undis, ponte  
 ob multitudinem rupto hausti sunt, inter  
 quos etiam erat Comitis de Arco filius.  
 Ex parte Gallo-Bavarorum cæsa fuere  
 septem ferme millia præter quingentos  
 captos: E victoribus autem tam sau-  
 cii, quam intersecti & dispersi, haud  
 pauciores quam quinque millia, atque  
 inter eos primæ dignitatis Tribuni: ipse  
 etiam Badensis Marchio pedem graviter

N 3

ictus

Sæc. XVII. ictus diu ante ipsa signa dolore aut dis-  
A. C. 1704 simulato, aut usque ad prælii finem  
victo perstiterat. Marleburgus vero  
trajecto lyco captaque Raina totam Ba-  
variam ferro flammaque vastavit, atque  
immodicis exactionibus exhausit. Acce-  
pta hac clade Elector Donawerth. urbem  
& annonæ apparatum incendi jussit: igne  
autem a Cæsareis extincto, Neobur-  
gum & Campidunum reliquit, sub Au-  
gustæ Vindelicorum mænibus sui exer-  
citus reliquias colligere intentus. Pau-  
lo post novis Tallardi & Villaregiis sup-  
petiis auctus, Augusta Dilingam castra  
transtulit, Eugenius vero, Principe Ba-  
densi ad Ingolstadii obsidionem emissio,  
fese ad Appershofium cum Marleburgi  
copiis conjunxit, & prælium in diem  
decimam tertiam Augusti decrevit.  
Igitur Höchstati ad Danubium arbusta  
& fossas molestissimo itinere præter ho-  
stium tormenta emensus, prima post  
meridiem hora in Bavros signa infert,  
verum extrema cohors, a Bavaris multa  
cæde dissipata, ceteras secum in syl-  
vam abstraxit, & ægre Eugenii, Ducum  
que solertia e fuga retracti pugnam in-  
staurant, non majori tamen constantia;  
Equitatus enim Cæsareus vehementi  
Bavarorum incursione ac tormentorum  
vi adactus, denuo præcipiti fuga terga  
vertit: peditatum tamen voce & exem-  
pli

plo Anhaltinus & Eugenius Duces tam Sæc. XVII.  
 potenter incitarunt, ut Luzingano op- A.C. 1704.  
 pido feliciter occupato, in collem enisi  
 capta tormenta in Bavarios verterent,  
 eisdemque pedetentim retrocedentibus  
 conferti insisterent, ac demum statione  
 depulsos Mörslingam usque seram in  
 noctem consecrarentur. Hæc quidem  
 dextri cornu fortuna erat: in lævo ta-  
 men laboratum diu; secundo jamjam  
 Angli a Gallis strenue repressi, tertia  
 demum impressione Gallorum Equita-  
 tum perrumpunt, & Hasso-Casselensis  
 Princeps peditatum ingenti strage fun-  
 dit. Tallardus territos e fuga ad præ-  
 lium reducit, ordinibus autem nimium  
 imminutis rarisque, Galli Equites con-  
 densatam Anglorum vim sustinendo im-  
 pares, qua quisque posset fuga, salu-  
 tem querunt, tres ferme mille Equites  
 flexuosos Danubii mæandros, atque an-  
 cis vel trans fluvium consisterent, ignari,  
 a Botmari, & Marleburgi Equitibus  
 in Danubium protrusi periere. Ipse  
 Tallardus, dum e Pago Blintheimensi  
 triginta octo cohortes Gallicas educere  
 fategerat, a Brineburgo Tribuno Haf-  
 sico captus est, & Clerambaldo una-  
 cum aliis tribus Gallorum millibus Da-  
 nubio demersis, Blansacus, qui Cle-  
 rambaldo successerat, unacum sexde-  
 cim supremis exercitus Præfectis, &

N 4                    duo-

Sæc. XVII. duodecim gregariorum millibus se ca-  
A. C. 1704. ptivum Eugenio & Marleburgio de-  
dedit. Tum primum Bavariæ Ele-  
ctor, qui summi Ducis, simul & impi-  
gri militis partes omnes expleverat, co-  
gnita Gallorum fuga & Tallardi captivi-  
tate, ne totam belli molem in se conver-  
teret, se retraxit: In acie cæsa aut capta  
sunt Gallorum & Bavarorum quinque  
& viginti millia, saucii quinques mille,  
omnis denique bellica supellex una-  
cum nonaginta quinque vexillis victo-  
ribus in prædam cessere: Nec fœde-  
ratis incruenta erat victoria: cecidere  
enim præter novem Tribunos quater  
mille quadringenti octoginta quinque,  
saucii septies mille trecenti viginti tres,  
dispersi ducenti septuaginta tres. Parta  
hac victoria, captoque Höchstadio Galli  
Augustam, Memingam Biberaccum,  
aliasque Sueciæ urbes, Bavari Strau-  
bingam, Kelheimium & Passavium de-  
serunt, Cæfarei vero Ratisbona vi,  
Ulmam & Landavium, obsidionem diri-  
gente Josepho Rom. Rege, ditione  
capiunt, & Gallos Treviris & Trarbaco  
expellunt. Tota denique Bavaria se Cæ-  
fari dedit, Bavariæ Electrice in castris  
ante Landavium cum Josepho Roma-  
norum Rege ad P. Schmackeri Jesuitæ  
Confessarii follicitationes in has condi-  
tiones consentiente, ut omnes Electro-  
ratus

ratus Urbes munitiores unacum <sup>Sæc.</sup> XVII. Kufsteinio Cæsari cederentur, excepto <sup>A.C.</sup> 1704. Monachio, ubi everfis novis munimentis, bellique tormentis Cæsari relictis Electrix cum prætoria quadringentorum cohorte, salvo etiam thesauro Electorali morari, atque ex Monacensis Præturæ redditibus vivere posset, omnes autem milites, qui Cæsari fœderatisque merere nolint, exaucto- rentur, captiuis utrinque libere dimis- sis. Electori vero Bavarо administratio Belgii, quo confugerat, sub Vicarii Generalis titulo a Philippo Hispaniarum Rege concessa est: Marleburgo autem Cæsar Mindelheimensem Dynastiam donavit, transmissaque militaris Imperii baculo admodum pretioso eum Imperii Principem creavit, adjecta epistola gratulatoria, quam ad calcem hujus tomī subjungimus.

### § LIV.

#### *Polonorum tumultuaria consilia contra Augustum Regem.*

**N**ova indies incrementa cepit factio *Theatr. Eu-*  
eorum, qui instigante Suecorum <sup>rop.</sup> t. 17.  
Rege Augustum Poloniæ Regem folio <sup>pag.</sup> 223.  
deturbare moliebantur. Hi ergo die  
trigesima Januarii Varsaviæ comitia  
habent, in quibus Cardinalis Radiows-

N 5 kius